Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift



61

his aquis clamabat in templo. Si quis sitit veniat ad me & bi
bat. qui biberit de aqua quam ego dedero ex flumina de ventre
eius fluent aque viue. significans spm sem que credentes ac
cepturi erant & de quo ppheta mystico sermone resonabat.
Sitiuit anima mea ad dm viuentem. & iterum. apud te est fons q
ipse de se loquebat. Me dereliquerunt fontem aque viue. & fo
derunt sibi lacus contritos qui non possunt aquas continere. Has aquas
spargunt nubes ad quas peruenit veritas di sicut scriptum est. & nu
bes spargunt iustitiam. percipiturque sitientibus ut bibant ne
quaqua turbidas & tumentes gurgites assyrio[aquas] sed pgant ad
aquas siloe que uadunt cum silentio. nec timeant eloquii pau
pertatem si argentum forte non habeant sed audiant aplm dicen
tem. gratia salui estis facti, & dnm ad discipulos. gratis accepistis.
gratis date. mirumque in modum emunt aquas absque pecunia &
non bibunt eas sed comedunt. ipse enim & aqua & panis est qui de celo
descendit. Ergo quod in quibusdam exemplaribus legitur emite &
bibite ab imperitis scriptoribus immutatum est. qui putauerunt et
consequentius si biberent potius aque quam comederent. Est
autem & pecunia pessima siue argentum quod reprobat scriptura
dicens. pecunia quod datur cum dolo quasi testa reputabitur. & in alio
loco. argentum uirum repbum. Est & argentum quod di eloquium con
parat. eloquia dni eloqa casta. argentum igne examinatum p
batum ter repurgatum septiplum. Sprecio quippe illo argento & pecu
nias quibus aquas dni emere non possumus pgamus ad eum qui te
nens calice sacramti discipulis loquebatur. accipite & bibite.
hic est sanguis meus qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum.
quod uinum miscuit & sapientia in cratere suo omnes stultos secu
li mundique sapientia non habentes pocans ad bibendum. & non
solum uinum emamus sed & lac quod significat innocentiam par
vulorum. quemadmodum ac typus in occidentis ecclesiis usque hodie seruatur.
de quo lacte dicebat & paulus. lac uobis potum dedi non